



**Theologia Scholastica Secundum Viam Et Doctrinam D.  
Thomæ Aquinatis, Doctoris Angelici**

In Celebri Archiepiscopali Benedictina Universitate Salisburgensi, methodo  
& norma ibidem usitata publicè tradita, & in IV. Tomos digesta ; Qvorvm  
Primvs Tractat De Deo Vno Et Trino, Deq[ue] Creatura Angelica ...

**Mezger, Paul**

**Augustæ Vindelicorum, 1695**

§. IV. Corollaria.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74152](#)

eratione suam efficaciam obtineat juxta modum, limitationem, & restrictionem, quā fuit originariē concessum, cū sit privilegium adinflat, neque communicari possit, quod non p̄existit: tamen in facto esse, & in conservari non amplius dependet à privilegio originariē concessō, unde tamē integer Ordo extingueretur, qui privilegio originariē gaudebat; nihilominus aliis Ordines habens communicationem, nullum detrimentum patetur.

## §. III.

## De Communicatione Pr̄ivilegiorum inter Religiosos.

9. Dubitatur primō. An omnes Religiones Mendicantium & non Mendicantium communicant in privilegiis? hoc est, an, sicut Religioni conceditur privilegium, illud etiam aliis Religionibus censeatur concessum?

Respondeo primō. Probabile est, omnes Religiones etiam non mendicantes communicare in privilegiis. Ita Joannes de Cruce loc. cit. concil. 1. Salmant. c. 1 de privileg. p̄nūt. 7. n. 90. Pellizar. cit. n. 4. Petrus ab Ang. in spec. privileg. disp. 2. s̄ct. 1. Rodriq. to. 3. q. 10. a. 1. Tamburinus to. 1. disp. 17. q. 1. n. 12. Lezana to. 1. c. 3. n. 17. Miranda to. 2. q. 46. a. 3. quorum fundamentum est. Si Summi Pontifices variis Ordinibus Mendicantium dederunt communicationem privilegiorum, aliis Ordinibus tam Mendicantium, quām non Mendicantium concessum; ac rursus eandem communicationem tribuerunt Religionis non mendicantibus, tunc rete & infertur, quōd omnes Religiones tam mendicantium, quām non mendicantium accepit ejusmodi communicationem privilegiorum: atqui Summi Pontifices ejusmodi communicationem tribuerunt, prout ostendunt praecitati AA. ex plurimis Bullis Summ. Pontificum, Ordinumque Bullarīs, quae videre est apud eosdem.

Dubitatur secundō. An Religiones habeant communicationem in privilegiis tantum concessis, vel etiam in concedendis, quando Pontifex in concessione communicationis non facit ipsa calem mentionem etiam de privilegiis futuris & concedendis?

Negativam tenent Basilius V. privileg. n. 11. Suar. c. 16. n. 8. Palao tract. 3. disp. 4. p. 2. §. 9. n. 1. Affirmativam non minus probabilitate tuerunt Emmanuel Rodriq. qq. reg. to. 1. q. 10. a. 1. Miranda to. 2. q. 46. a. 5. Hier. Garcia tract. 8. diff. 1. dub. 4. n. 3. Salmant. cit. n. 98. Ratio est: Qualibet Religio comunicat cum aliis Religionibus in privilegiis concessis: sed sunt plures Religiones quibus concessa est participatio & communicatio in privilegiis etiam concedendis, prout Leo X. concessit Dominicanis & Minoribus, Clemens VII. Carmelitis, Gregorius XIII. Cisterciensibus, Paulus V. Societati: ergo Religio communicans cum altera in privilegiis concessis, etiam communicat in concedendis.

11. Dubitatur tertio. An privilegium uni Ordini vel Monasterio concessum, per communicationem extendatur ad totum Ordinem, vel alias Religiones? Affirmativam cum pluribus ample-

titur Joannes de la Cruz l. 2. c. 4. cōclus. 3. ex ea ratione, quia Clemens VIII. in Bulla 21. & 22. gratias & privilegia concessa Monasterio montis Serrati communicavit toti Ordini S. Benedicti, sicut de privilegiis concessis Monasterio Vallisfletano D. Ben. celantur Salmantice, citati n. 108. & de Monasteriis Minimorum, ac Pr̄adicatorum affirmat præcitatūs de la Cruz. Cū igitur summi Pontifices Ordinibus præcipue Mendicantium amplissimam facultatem tribuerint communicandi privilegia quibusvis Congregationibus, Societatis, p̄isque locis concessa, videntur privilegia uni Monasterio concessa, ad integrum, imo ad omnes SS. Ordines per communicationem extendenda.

Verū, ut optimè advertunt Salmantenses loco citato, haec sententia in tanta amplitudine accepta non potest subsistere, tanquam aliena à mente Summorum Pontificis, nimirū p̄ exorbitans à jure communi, & parens multarum confusioneum; quis enim credit, privilegia concessa aliqui Conventui in partibus Infidelium propter inopiam SS. ministrorum, etiam concessa aliis Provinciis inter medios fideles absque simili difficultate constitutis, aut privilegia & indulgentias concessas aliqui monasterio propter aliquam celebrem peregrinationem, corpus aliquijus sancti, miraculosam imaginem &c. per communicationem extendendas esse ad alia monasteria, & pia loca, ubi ejusmodi motiva deficiunt?

Respondeo igitur. Privilegia & gratiae unito loco concessa tunc per communicationem extenduntur etiam ad alia Monasteria, & Religiones, quando motivum concedendi est idem, simile vel æquivalentis in omnibus, ut titulus Religionis, doctrina &c., securi si motivum sit aliqui loco singulari, & quasi personale, Suarez de leg. 1. 8. c. 28. Lezana to. 1. c. 1. n. 32. Salmant. cit. n. 115. Secunda pars liquet ex difficultatibus primū numero præcedenti oppositis. Prior pars assertioni infertur ex amplissima concessione communicationis facta per Summ. Pontiff. & num. 11. exposta, que sub modo dicta limitatione sufficientem fortitur effectum.

## §. IV.

## Corollaria.

Colliguntur primō: Privilegia concessa Generali Presidenti, Abbati, Provinciali, Confessoriis, Concionatoriis, Doctoribus, Lectoribus unius Ordinis censeri communicata Generali, Abbati, &c. alterius Ordinis, supposito, quod propter superioritatem, aut ministerium cendantur, quod & aliis Ordinibus est commune. Similiter Indulgientia concessa uni Religioni profectis sui Ordinis, censentur communicata aliis Religionibus pro suis fefellis & Patronis, non obstante, quod plurimum Sanctorum fefla in uno, quām in alio ordine celebrentur, sic declaravit & concessit Ordini Prædicatorum Jul. 2. Bull. 8. & Sixtus IV. Bull. 33. apud de la Cruz citatum n. 2.

Colliguntur secundō. Privilegia Prælatis concessa non communicari inferioribus; e.g. quædantur Provinciali non censentur communicata

Xx 2 Prior,

## Tract. VIII. Disp. XXXVII. Artic. V. §. I.

350

Priori, quæ Priori, non sunt communicata Conventuali, quia superioritas, propter quam concessa fuisse suppono, non reperitur in inferioribus: Unde nec privilegia concessa Abbati Cassinensi, tanquam Patri & Abbatii Abbatum, ob singularem & characteristicam proprietatem ipsi soli competentem, ad alios Abbates extendi possunt. Privilegia tamen Religiosis in commune concessa, etiam concessa sunt Superioribus; neque enim per prælationem desinunt esse Religiosi, sed in favorabilibus cum subditis Religiosis participant.

16. Colliges tertio. Privilegia alicujus Religiosi statui, statutis, legibusque adversantia illi non communicari: nam prout opponuntur regulis & legibus, sunt odiosa & restringi debent, & quod in favorem conceditur, non debet derogari in odium; neque potest presumi de universalis Pastore, quod intendat regularem observantiam relaxare. Pellizar, cum communi. Et ita licet Mendicantes per communicationem habeant privilegia non Mendicantium, non tamen possunt celebrare Divina in Pontificalibus, quia hoc repugnat ipsorum statui, sicuti nec privilegia Ordinibus Militaribus concessa aliis Religiosis comunicantur.

17. Colliges quartum. Non esse locum communicationi in privilegiis, que dantur alicui Ordini contra jus tertii: quia per generalem concessionem sine clausulis derogantibus non censetur Princeps derogare velle alterius juri quaestio. Unde licet Dominicani habeant privilegium non solvendi quartam funeralem, non sequitur, quod ali Religiosi per communicationem gaudent eodem privilegio, quia est contra jus Ec-

clesiarum parochialium, pro qua sententia duas declarationes Cardinalium allegat Bartola. de offici, & potest. P. c. 25. n. 9.

Colliges quintum. Sub communicatione pri-  
vilegiorum non comprehendit illas gratias, que per Brevia particularia precedente examine & decreta alicujus Congregationis alicui monachio, vel Religioni conceduntur; quia compa-  
tantur inter illa, que raro & difficulter conce-  
duntur, sapiuntque propterea naturam singu-  
larium gratiarum: qualis est facultas celebrandi  
de aliquo Sancto, reducendi numerum milia-  
rum, alienandi bona, &c. Ita Lezana to. 3. V.  
Missal n. 51. Petrus ab Ang. disp. 2. secl. 2. n. 17.

Colliges sexto. Illam restrictionem, quæ GREGORIUS XIII. voluit, ne Religiosi Societatis Iesu suis, aut aliorum communicatis privilegiis ven-  
tentur, nisi in quantum sunt ab ipsorum Genera-  
li communicata, non obesse Aliis Religiosis,  
qui communicatis privilegiis Soc. Jesu etiam  
independenter à suo Generali uti possint; qui  
illa restrictione non est privilegium, sed ius, in quo  
voluit S. Pontifex, Religiosos Societatis à suo Ge-  
nerali dependere, eò quod hoc sit proprium statui  
Societatis, ut tota ipsius gubernatio à primo  
Capite dependeat. Unde in Bulla dicitur: pro-  
pter infinitum ipsius ab aliis Religionibus diversi-  
tatem. Quæ ratio cum non militet in aliis Reli-  
gionibus, & aliæ non onera & odia, sed favori  
communicentur, non est ratio, cur ejusmodi re-  
strictione ad alios Ordines extendi debeat. Ita  
Palao tract. 3. disp. 4. p. 8. §. 9. n. 4. cum Pelli-  
zar. Rodriq. aliisque plurimi.

## ARTICULUS V.

### *De causa efficiente & subjectiva privilegiorum.*

#### SUMMARIUM.

1. Legislator est causa efficiens privilegii.
2. Conferitur subditis & non subditis.
3. Desertores Religionum & expulsi privantur privilegiis.
4. Illimitato privilegio licet uti ubique.
5. Item si nulli juri aduersetur.
6. Item tametsi aduersetur juri communi.
7. Non licet uti privilegio contra leges municipa-  
les, quibus etiam peregrini ligantur.
8. Licet uti privilegio contra pariter privilegia-  
tum.
9. Regula in privilegiis inaequalibus observanda.
10. Exponitur axioma juris: Privilegiatus non  
gaudet privilegio contra pariter privilegiatus.
11. Quandonam sufficiat privilegium à superiore  
Princeps contra præceptum Principis inferio-  
ris particolare.

#### §. I.

##### *A quo, & cui privilegium concedi possit?*

1. Quæres primò. Quis possit privilegium con-  
cedere? Respondeo. Privilegium conce-

dere potest solus Legislator. Nam vel privile-  
gium est contra jus, adeoque includit dispensa-  
tionem & derogationem legis: & hoc clarum est  
soli Legislatori competere, aut el præter ju-  
commune, vel municipale, & tunc saltem obligat  
subditos, ne privilegium impediatur in u-  
sui privilegii, quem esse indicatum estendum pri-  
vilegii initio dictum est: sed etiam illud nemo  
potest nisi Legislator. Atque ita docent Suar-  
t. 1. 8. c. 8. n. 1. Salas disp. 17. secl. 3. Palao tract.  
3. disp. 4. p. 4. n. 1. Potest igitur Pontifex &  
Imperator concedere privilegium derogans jus  
communi, Episcopus legi Diocesanae: omni-  
tamen in materia sibi subjектa, in qua subditos  
obligare possunt,

Quæres secundò. Cuiam possit concedi pri-  
vilegium? Respondeo, si privilegium est dispen-  
sativum legis, tunc solùm conferatur subditis, ut  
patet ex dictis, soli quippe subditii legi stringun-  
tur. Si privilegium est purè concessivum favo-  
ris, etiam conferri potest non subditis: non enim  
privilegiatus obligatur ad usum sui privilegii,  
sed illud accipit per modum libera donationis,  
& sic Princeps potest forensibus concedere simili-